

18
8

Petri Caræ Iurisconsulti & Comitis Ducalis Sabau
diae Senatoris & Legati ad Alexandrū. vi. Pont. Ma-
ximū Oratio; Romæ in publico Consistorio habita
Anno Salutis. M.cccc. xciii.

Tsi omnes Italiae Príncipes: ac Respubli-
cæ: splendido apparatu: & insigni Lega-
tionum pompa: te Alexandrum Sextum
Pontificem maximū salutatū adoratūq;
iampridem certatim miserūt: nullum tamen uel Ita-
lum uel ex reliqua Christiana gente Príncipem: nul-
lam Remp. nullum Senatū esse existimamus: a quo
Illustrissimi Sabaudiæ duces: qui nos quoq; nunc
de more Legatos mittunt: obseruantia in sacrā Apo-
stolicam sedem & fide in beatitudinem tuā superen-
tur. Fuerunt enim ab Atauis prisco ueteriq; maiorū
instituto & paternis atq; domesticis quos cum ipso
laete suxerunt moribus ita educati: ut post imortalē
deum nihil sanctius q; Romanum Pontificem colat̄
uenerentur adorent. Neq; id auro. argento. gemmis.
purpura: quod plātiq; assolēt: uerē candida sinceraq;
fide & rebus ipsis potius q; uerbis ostēdere operepre-
cium putant. Quæ cum pro munere Legationis ho-
dierno dī declaraturus accesserim: mirū ne sit Ale-
xander Maximè: si per ipsa statim Orationis initia
& uultu & mete moueri compellor. Ego enim durh
altum te & in trono Pontificiæ maiestatis sedentein

a

INC
1580

intueor: facile concipio: nihil in hac sphæra rerū mortaliū maius: nihil in terris excellentius: nihil sub cœlo sublimius te uno in cælissimo isto Pontificatus solio in hac sacra Simonis Petri sede conspici posse. Siue enim ipsius sedis auctoritatē quæ supra humānam potētiam est: siue tuæ Beatitudinis numen quo Christum geris in terris considerare contéplariq; uoluerim⁹: quis obsecro futurus est eloquétia tāta p̄di⁹ qui te coram & hoc eminentissimo Regum semideorumq; concilio ac supremo totius orbis terrarū se natu dicturus moueri non debeat: his præcipue publicis frequentibusq; comiciis in quibus concionari solitos esse scio: non gregarios: aut ex uulgo quoq; uegas Demosthenes. Aeschines. Hortensios. Ciceros & eos demū qui summā in dicendo gloriam asse quuti Romanam oēm & Atticam eloquentiam callent: quorūq; ex ore melle dulcior (ut de Nestore tradit Homerus) & fluit & redundat oratio. Non itaq; mir uideri debet Alexāder: si ego q; neq; īgenio neq; dicendi exercitatione satis ualeo: principio orationis impeditior: quod Theophrasto philosopho. quod Demostheni: quod Marco Tullio. qd̄ aliis plærisq; magnis oratoribus contigisse legimus. Verum omnia uincit serenus iste diuinusq; uultus tuus: quo me dicere incipientem usq; adeo increas & hortaris ut existimem te ueluti terrenum deum sinceram Principis nostri mentem lucidissimum animum. cor purissi-

mcb 32912 33

tum: hilarem offeretis uoluntatem potius q̄ orato-
 ris uerba per pensurum. Nunquā enim cuiq; uitio fu-
 it (ut Plinius inquit) deū colere: quoquo modo pos-
 set. Nam & farre & lacte ac mola salsa litant qui
 non habent thura. Dicā igit̄ & numine tuo aspiran-
 te paucis aggrediar quæ ab Diuo Principe Charolo
 & inclyta matre Blāca tutelam eius Imperiuinq; ge-
 rente nobis demandata fuerunt. Venimus Alexā-
 der Maxime ab extremis Allobrogum & Italie fini-
 bus salutatum te imprimis Regem Romanorum &
 Christianorum omnium Pontificē maximum. Ve-
 nimus ad uera obedientiae signa deosculatum adora-
 tumq; sacrosanctos pedes tuos. Venimus ea omnia
 publice priuatimq; maiestati tuę præstituri: quæ a ca-
 tholicis Principibus Summo Christi Vicario præ-
 stari conueniunt. Innocentio octauo uita functo:
 cum omnium Principum gentium populorumque
 uotis summo consensu patrū nutu dei culmen istud
 Pontificium ad te delatum esset: salutaremque fau-
 stum & fortunatum ac iucundissimum eum nunti-
 um Augusta & puulus Cæsar nostri clarissimi prin-
 cipes accepissent tanta lætitia. tam uehemēs & incre-
 dibile gaudium eos inuasit: ut nunquā alias maiore
 perfusi: hoc uno se fœlices atque beatos dixerint: lau-
 dare oīpotentem & imortalē deum coeperint: & ocu-
 lis ac palmis ad celum erectis illi gratias agere: q; su-
 pra filios hoīm prospexit: uniuerso xpiano generi

X
uocatus affulsiſſet: eūq; gregi suo pасторē dediſſet:
quo maxime indigebat Christiana Religio. Decre-
ta statim fuere comicia publicae letitiae signa popu-
lis nuntiata. Instituta per urbes. per oppida. p agros
publicae solenneſq; & quales anteā uisae non fuerant
ſupplicatōes. Nulla tépla. nullæ basilicæ. nulla loca
ſacra ſunt relictæ i qbus & pia thura & ampliſſimæ
cumulatiſſimæq; græ deo nō agrerent. Ignes publici
eminētesq; paſſim excitati. Fetiſ Cpanaā & tinnici-
bus. lyris. citharīs. tubarum clangorib⁹ omnia reſo-
nabant. Congratulatiūm uoces in cœlum uſq; emi-
tebantur: ita ut aurea rediuiſſe ſæcula & omnia omni-
bus felicia uiderent. Que enim maior foelicitas chri-
ſtianis populis contingere potest q; príncipem & uni-
uersalis ecclesiæ Regem nancisci. Iuſtuin imprimis
atq; fortem. tum magnificum. piūm. clémentem. li-
beralem. sanctū. multarum maximarūq; rerum uſu
callentem: qui ſciat. qui poſſit. qui uelit Reip. Chri-
ſtianæ decus atq; dignitatem ſuſtinere. ornare. auge-
re. amplificare. Is tu unus Alexáder diuina ſorte: di-
uinis cōſiliis ueluti e coelo miſſus ſæculo noſtro ap-
paruisti: Quo duce: quo pаſtore: quo pontifice læta
omnia Christianis Príncipibus & populis ſunt ſpe-
rāda. Nemo eſt enī qui nesciat in te uno ſum mū eſſe
ingenium. ſum mū conſilium. ſum mā animi magni-
tudinem. ſum mā aequitatem. ſum mā religionē. ſum
mam rerum oīum experientiam. & demū te illū eſſe

in quo uirtutes omnes suū collocasse domicilium ui-
 deant. Quæ singula ita oī humano generi sunt nota
 Ita apud oēs gétes celebri fama uulgata: ita terra ma-
 riq; celebrata: ut nullius oīno præconiis indigeant.
 Neq; etiā est consiliī nři impræsentiar; Pater sancte
 quod plærīq; hoc quoq; loco moliunt: tuas uel hu-
 ius sacræ sedis laudes attingere. Nō.n.mihī tantum
 est ingenii.nō mentis.nō spūs.nō uirium.nō elo-
 quentiæ. Tales nanq; eiusq; generis sunt: ut uenera-
 tione potius:q; hoīni prædicatione dignas esse cense-
 amus. Adde q; modestissimas aures tuas illarum fre-
 quentí quotidianaq; auditione iam fessas atq; fatiga-
 tas puto:ut nihil pene de illis dīci iam possit quod a
 multis antea sāpe nō sit dictum. Ver; illas aggredi-
 entibus iure obiici posse uideo:quod Cineæ oratori
 Thessalo responsum ferunt. Is.n.cum apud Pyrrhū
 Epirotar; regeni:de deorum suo& religione elegan-
 ter & magnifice perorasset:regisq; iudiciū tacitus ex-
 pectaret:Præstat inquit Rex ut sileas:O: Cinea q; de-
 os imortales tua impotenti facundia denigres:& tur-
 bare potius q; laudare pergas. Venit in mentē dum
 hæc loquor Simonidē poetā & philosophū ab Hie-
 rone Syracusar; Rege quis aut qualis deus esset in-
 terrogatū:diem sibi ad meditandum postulasse:qua
 exacta bīduum:& sic deinceps cum impensius a Re-
 ge rogaretur numer& dierum ad cogitandum dupli-
 cassē;exactus tandem cur tam diu sioq; illusorie secū

pergeret: Quia inquit quanto magis hue animū intendo: ca mihi res sublimior & inq̄situ difficultior es, se uideat. Idē mihi hoc loco dīcī posse uideo. Tanta est enim huius diuinæ sedis amplitudo: tanta uirtutum tuarū maiestas: ut nō terras solum: sed c̄elos etiā ipsos penetrēt & humanā oēm eloquentiā ac uim lōge exupent: & quasi extingueret uideat: eueniatq; Ari stotelicum illud: Sicut oculus noctuæ ad lumen solis: ita humanū eloquum ad hæc p̄denda nō sufficiat. V̄su hoc quoq; uidemus: ut qui oculorū aciem in radios solares intendunt: quo fixius eos n̄itunt inspice re eo minus uideant. Max̄imus p̄phetaq; Dauid: At tenuati inqt sunt oculi homin̄ excelsa suspiciētes. Hermes trimegistus & Firmianus quoq; Lactantius minit: mortale imortali: tpali perpetuo: corruptibile incorrupto p̄pinquare nō potest. Necq; humano ingenio uel p̄priis sensibus summa dei consilia cōprehēdunt: alioquin nihil inter deum hominemq; distaret si homī facultas aſſequeretur humana. In illis namq; nemo magis pficit q̄ qui intelligit sibi semper sup̄esse quod querat. Verius quoq; cogitat deus q̄ dicatur & uerius est q̄ cogitet. Rectius iḡe mea snia faciet: qui sacram applicam sedem: qui maiestatem tuam laudibus efferre conantur: si clausis labiis corda aperiāt uocem compescant. affectum diffundant. & uenerabundi potius atq; taciti illā adorent: q̄ dum facundi uideri uolunt supra uires conati: in medio(ut aiunt)

cursu deficiant. Cum itaq; Alexander Pont. Max.
id dignitatis & uirtutū culmen ac fastigium sis ade-
ptus:qd nulli9 flumen ingenii. nulla dicendi uis am-
plius extollere exornareue possit: nos muneri nřo fa-
tis hoc loco fecisse putabim9: si quales Príncipes nři
fuerint hodieq; sint:quoue studio sacratissimā hanc
sedē & tuā imprīmis maiestatē colant paucis aparue-
rimus. Priscis tpibus:quēadmodū ab illuribus pba-
tisq; auctoribus didici:Diuī Sabaudiae Príncipes ab
Alexandro magno:uel Philippi ille ex olympiade fi-
lius fuerit uſ Ammonis:siue ut paulo alti9 repetā ab
Hercule originem genusq; duxere.Hercules qui mó-
stra domuit:& uirtute sua(ut poetæ tradunt)iter sibi
parauit in coelum:Caranum qui prīmus Thessalorę
Rex fuit genuit.Caranus Perdícā.Perdicas Argeum
Argeus Philippū primū.Philippus Europū Amyn-
tamq;.Europus Menelaum. Menelaus Amyntā iu-
niorem.Amyntas Philippum Alexandri magni pa-
tré.Alexandro magno extincto Macedones ex Ale-
xandri genere Saxoniam magna manu:florenti pu-
be inuadentes:expulsis inde in ulteriorē usq; Britan-
niā Cyringis tenuere:& Otonib9 illis inuictissimis
ad quos latinorę cōsensus laurę & coronā cesareā de-
tulit genus dedere.Otonis.ii.Romanorę Impatoris
nepos ex Hugōe fratre Saxonū duce:fuit Beroldus:
Sabaudianae gentis Illusterrimus & antiquus Au-
ctor ac parés:a quo nunq; īterrupta posteritate uſ se-

rie īfiniti Prīncipes & Dūces pdiere:q; ut prīmū trās
cītraq; alpes potiti sunt rerū:obseruantissimí semper
aplicæ sedis cultores·pietate īsignes & armis p Rep.
xpiāna claruerūt. Neq; uero est opus hīc recēdere ce-
lebres illoꝝ Herculeasq; uictorias quas cū sāpe alias
& plerisq; aliis in locis:tum ad Perā urbē.ad Constā-
tinopolim.ad Hierosolymā:truculētissimæ spurcis-
sime turcorꝝ & barbarorꝝ gentes īgēti sua clade sen-
serunt. Eas uero illud quoq; testatissimas facit:q; ex
tincto Rhodiorꝝ Prīncipe uibe a turcī obseſſa reb⁹
xpiānos undiq; trepidatibus Amadeus un⁹ Sabau-
diæ Princeps xpiāni exercit⁹ Impator barbarorꝝ im-
petum nō mō sustinuit:ueꝝ excelsō īfractoꝝ aio fu-
dit fugauit oppressit:urbem Rhodum īſulam oēm
xpiānos oēs ea obſidione:illis pīclīs liberauit. Hīc
cōi xpiānorꝝ oīum prīcipū cōſensu:ſummo Rho-
diorꝝ applausu xpi uexillo donatus est:decretoꝝ illo
auctus:ut in militariſbus signis crucem albā·crucem
candidam·crucem agni īmaculatī deferret. Quo tro-
pheo glorioſo que īſigni:oēs postea Sabaudię Prī-
cipes relictis Cæſareis aquilis qđ prīscū & gentile il-
lius antiq;ſsimæ familiæ īſigne fuerat:in hūc usque
diē īſigniri exornarique uidem⁹. Recenserē alios iti-
dē Amadeos eosdēque maximis in Remp.xpiānā &
ſacrā hāc ſedē bñficiis illuſtres:nisi maxime uererer:
ne dīcēdi plixitate aures tuæ māluetudinis offēderē

109

quandoquidem præclara illorū & heroica gesta non
orationis mensuram: sed historiæ iustæ magnitudi-
nem expostulant: multisq; essent pro meritis & An-
nalibus & uoluminibus illustranda. Ad hæc proba-
tissima uestigia: ad hos Hæroū clarissimorūq; prin-
cipum mores: ad hoc gētile & uelutī eius familiæ pe-
culiare quoddam & hæreditariorū munus assidue in-
stitut⁹ atq; educatus princeps noster Charolus & re-
ligiosissima mater Blanca: bonitate ingenii ac singu-
lari prudentia etiā imitata Beatitudinem tuam & sa-
cram hanc sedem omni pietate. cultu. ueneratiōe. pro-
sequi. colere. obseruareq; statuerūt. Idem illis est ani-
mus. eadem sunt studia quæ maioribus suis gentili-
busq; fuere. Princeps est tenellus quidem infans: sed
dīuina īdole: ut nō humanis parentibus: sed e cœlo
ex choris angelorū descendisse uideatur. Patrem ha-
buit Charolum Principem fortissimum: & bello pa-
ceq; clarissimū: quo iustior alter: nec pietate fuit: nec
bello maior & armis. Is admodum adolescens Salu-
ciacos subegit. Gabienos deuicit: superbas gentes. fe-
rocissimos populos domuit. Imperiū sui decus digni-
tatemq; restituit. Auum quoq; habuit sanctum diui-
numq; Principem Amadeum prodigiis miraculisq;
fulgentem: cui templa & aras deberi omnes uno ore
fatentur & prædicat. Hos reliquosq; proauos & ma-
iores referēs puillus Princeps multa miraqq; indicia
futuræ probitatis ostendit. Mater est illi inclyta &

pudicissima seminarum Blanca. Annos tres & uigin
ti uix egressa: ætatem consilio. prudentia. rerum ge
renderum industria cæterisque regiis uirtutibus mi
rifice superans: Matrona & certe decus & illustrium
mulierum quæ sunt: quæque fuerunt unquam hone
stissima: sacrī moribus sacrī institutis: omni religi
one filium imbuit & exornat: omnis in Ascanio ca
ra stat cura parētis. Neque tñ quæ ad imperii digni
tatem: ad principatum benegerendum pertinēt dies
noctesque omittit. Charolo marito & Duce in ipso
ætatis & uictoriae flore sublato: ac filio unico & no
uem tantū mensium in cunabulis: crepundiisque re
licto: cum Blanca filii & imperii administrationem
summo optimatum populoque consensu suscep
set: uarii bello & seditionum motus trans citraq; al
pes oriunt: quos Blaca in fracto animo singulari sa
pientia & bonitate ita repressit atque composuit: ut
pacatis undique reb9 deo auctore uniuersū Sabau
dianum Impium aurea foelicique pace fruat. Id qua
leculque q̄tumue terra marique patet: tuæ Beatitudi
ni sacrosanctæ Romanæ ecclia paratum dicatūque
esse constituit. Neque tñ illud (mihi crede) oīno uel
exiguum: uel spernendum. Sabaudiani. n. imperii fi
nes & in Gallia transalpina & in Italia lōge lateque
diffusi cernunt. Galli trāsalpini qui eam regionē in
colunt quæ est a fontibus Rheni & Rhodani ad oc
cidentē solē uergens in fines Gallo & quos Belgas &

180

Celtas Cæsar appellat: quo ad Sagona in Rhodanū
influit. Ad septentrionē uero a Germanis: Sedunis:
mōte Iouis: alpib⁹ graīis atque péninis usque in ma-
re Ligusticū: eaque loca ubi Nīcea ciuitas marítima
nobilis a Massiliēsib⁹ olī cōdita: uarusq; fluui⁹ gal-
liā ab Italia dīsiūgit ubi portus Herculis cui nūc uil-
lefranche nomen est: ubi trophea Cēsaris excelsa tur-
ri mīro marmore cōspiciunt. Quo longo terrar⁹ spa-
cio Heluetii qui cæteros Gallos uirtute p̄cedunt:
Seduni. Allobroges. Sequani. Centrones. Veragri.
& reliqui usque ad Massiliēsium fines ac uhiuersi de-
mū populi qui p̄ octo amplas dioceses cū Metiopo-
li ea loca obtinēt Diuis Sabaudiaꝝ p̄ncipibus iādiu
multisque retro sacerulis paruerūt pafētque. In Italia
uero a Nīcea quā Plinius in ipsa Italia esse affirmat:
ab alpibusque illis excelsis quas Hercules primo: de
hinc Hānibal decimoquinto dīe transcendit: & quæ
pro moenibus Italiae iminent uersus orientem Solē
usque in fines Insubrium Sabaudianum se p̄tendit
Imperium. Quo non paruo & pulchro Italiae cir-
culo p̄ter Taurinū urbē nobilem & antiquā a Phae-
tonte Phœbi filio(ut tradunt) conditā: ducariā sedē
studior⁹ ac bonaꝝ omnium artium altricem: p̄tēt
Eporediam etiā urbem: carminibus Sibyllinis a Ro-
manis cōdi iussā: p̄ter Vercellas apollineas nobilissi-
mas a saluis Libycis ortas: p̄ter Augustā p̄toriā ad ra-
dices alpium positā & a Cēsare populo Romano di-
catā: p̄ter montē uicū populosisimā & amplissimā

civitatem in Apennino positam: & ab Hannibale in
Italiā dīgresso etiā admiratiōnē habitā. Stāt op-
pida quīnquaqīnta; insignia qđem illa præclara atq;
munitissima: quae templorū religione. multitudine
hoīm. splendore diuītiaꝝ a magnis urbībꝫ nihil dif-
ferre uideantur. Stant arces oppidaq;
alīa & municipiā ultra ducenta; mōenībus. tūrribus. fossis. propu-
gnaculīs. copia rerum uirīsq;
munita: ita ut eam Re-
gionem uulgo Pedemontium; olīm Cīsalpīnā Gal-
liam appellatā: nunc hortos Italīæ uel campos Ely-
sios recte quis appelle. Omitto prīncipes. proceres.
uiros illustres. marchiones. comites infinitam prope
nobilium & equestris ordinis uiros multitudinem:
qui iure imperii ac feudi ligii & antiqui huic excelsō
Duci nostro parēt. obediunt. obsequunt̄. Hanc præ
terea Sabaudianę familiā uel præcipuā laudē ausim
affirmare nullam ex antiquis nouisq;
principū fami-
liis quas uiderim unq; aut legerim cōtinua successio-
ne aut diutius aut iustius impasse. Cōstat. n. Sabau-
dos prīncipes multis retro ætatibꝫ infinitis ppe an-
tis ita pie semper iuste clementerq;
rexisse: ut Sabau-
dianū Impium quietis & repromissionis patriam dī-
cas; in qua nullus unq; tyrannidī: nullus grauioribꝫ
uectigalibus: nullus improbis locus fuit. Taceo qđ
imprimis dicendū erat: templo. basilicas. sacras ēdes
earūq;
numerꝝ & amplas facultates: qbꝫ nulla regiō
plus abundat: ut uel hoc uno facile liqueat: quia reli-

333

gione:qua pietate:qua constatia Principes & popu-
li xpi fidem quam semel hauserunt:conseruarint:au-
xerintq;. Sed quo pergo:sentio iam me dicendo lo-
gus ptrahi q̄ instituti ratio patiat:neq; uero aut di-
cendi studio:aut principum meoꝝ potentia iactandi
ostentandiue grā quisq; me tam multa psecutum pu-
tet:ucꝝ ut hæc delibado quicunq; adsunt intelligat:
in his quæ ab ipsis principibus meis offerunt uel fi-
de uel deuotione superiorē esse posse neminem. Po-
nam nunc orationi modum: Ad te redeo Pater San-
cte:quē cum intueor & admiror in publica certe læti-
tia nobis lætandum & omni gaudio gestiendum cé-
seo. Etenim si ab ipsis Christianę religionis exordiis
Si ab ipsis Díui Petri tpibus qui prim⁹ sanctissim⁹
sedit:Romanos oēs Pótifices qui ultra uiginti & du-
centos fuisse referuntur aīo repetere uoluerimus:in-
uenieris pfecto tu unus post tot sanctissimos claris-
simosq; Pontifices diebus nostris non humanis: sed
plane diuinis consiliis illuxisse:quē sperant oēs & ac-
clamat illum fore qui pacem imprimis unitatemq;
inter Principes:Resp:nationesq; xpianorꝝ conserues
Qui religionem ipsam si qua labat restituas:erigas:
exornes.Qui barbaros xpiani nominis hostes uincas
& pessundes.Qui tandem sacerulis nostris concu-
pitam exoptatāq; felicitatem præstes. Hæc oīa faci
le uti speramus absolues:si diuino ingenio tuo usus
pacatis compositisq; quoad fieri poterit xpianorꝝ re-

b

bus uexillum crucis: signa redemptoris nostri in turcos & infideles erexeris maturandumque putaueris. Hic ignoscas queso Beatis. Pater: si legatiois munus aliquatum egressus pauca quae ad officium. ad decus ad gloriam tuam pertinet commemorabo. Quae n. de te sentiunt hoies: sperant ac praedican: ego tuz Sanctitatis ab ineunte etia aetate deditissimum tacere non possum: non certe ut te mortaliu oium sapientissimum mo neam: aut incognita tibi oium scientissimo narrare: ut eam apud oes de te opinione intelligas: cui uti facile potes respondere ita & te uelle mihi psum esse cognoscas. Infracti igitur animi tui deliberatione a me ueluti tabella depictam augurataque propicias. Multa sunt excellentissime Pontifex: quem te ad eam rem contra turcos & infideles inuitare excitatique uidenter. Gloriosum imprimitis nomen quod tibi Alexandro pulcher rimus indidisti. Fuere (ni fallor) ante te quinq; ei9 nois celebres clarissimiq; Romani Pontifices. Alexander primus qui inter sanctos est relatus: Traiani tribus milita diuino sacrificio ob memoriam Christi passionis adiecit. Alter Hericu Imperatorem ecclesiae infestum: & Caudulum patinensem subegit. Alexandrum tertium silcre non possum: cuius de nois Alexandria Cisalpinæ gallicæ ciuitas condita fuit: Hic Fredericu imperatorem illum qui Mediolanum evertit: soloque aquavit: quod Secusiam Principis nostri urbem dolo captam diruit: Fredericum inquit primum Cisalpinam oem deuastantem: multa undique Italiam damna intrentem sub iuga deduxit.

Henricum Angliae Regem ob cedem Dñi Thomæ
 Cantuariensis publicis debitissq; pœnis affecit. Con-
 sulibus Romanis iuris iurandi formâ erga sedē apłi-
 cam dedit. Senatu Veneto multa insignia contulit.
 Alexander. iiiii. Manfredū Siciliæ Regé; & reliquos
 Italiam tyrānos expulit. Quintus Ladislauum regē res
 ecclia diu multumq; uexantē in concilio Pisanō: re-
 gno priuauit. Magna pfecto sunt hæc. Pulchrū fuit
 diuis illis quinq; tui nois Pontificibus summos Im-
 peratores: potentissimos Reges uincere. At si uera fa-
 temur xpianī aduersus xpianos arma sumpserūt. Pul-
 chrius erit tibi & gloriosius si qđ oēs autumāt in tur-
 cos molitus fueris: teq; alterq; Alexandrun Magnum
 in orientales illos reges & pplos xpī hostes ostēderis:
 ut qđ maxime oīm optādū est: futu&q; speramus: ori-
 entalem cuin occidentalī ecclia coniungas: & te tan-
 dem uerum Alexandrum Magnū Pont. Max. terra-
 rum mundique Regem & xpī uicarium oēs salutent
 & adorent. Gentilis ille tuus gloriosę memorię Pon-
 tifex Max. Calistus. iii. ut primū ad apłatum assum-
 ptus fuit id mente concepit uouitque se ppetuo totis
 conatibus turcos & infideles persecutu&. Ad eam rē
 perficiundam ex omni Europa multa mari terraque
 parauit: nonnullas barbarorum insulas ui expugna-
 tas cœpit: ingentes clades hostibus intulit. At ne-
 scio quo fidere & aduerso Christianorum fato dum
 maiora molitur in ipsis Víctoriarum Primiciis

Sanctissimus Pôtifex ad cœlos reuocat: cuius mor
te sicut interrupta sunt oia: ita Turci & barbari maxi
mo metu liberati. Tibi uni nunc hic honos: hæc pal
ma debetur: ut quod Patruus Calistus incepérat: ne
pos Alexander fœlicibus auspiciis psequendo pfici
as. Oblata est tibi hoc tpe insignis occasio rei bene
gerendæ: quæ te magis atq; magis incédere inflama
req; debet celeberrimus ille & ppe diuinus Princeps
ac Regum nři tpis decus: Ferdinandus Rex Hispa
niæ: unde tibi nobilissima origo est: postq; barbaros
xpiani nois hostes: bis atq; sapius ingenti clade per
cussit: & trophea saepenumero de ipsis statuit. Supi
ore anno uietricibus signis uniuersum Bethicæ Re
gnum illis eripuit: xpianiq; restituit. O fœlicē diui
numq; Principem: O clarissimū & præstantissimū
Regem: cunctis sæculis lris ac monumētis celebra
dum. Hac una Ferdinandi uictoria latrones illi spur
cissimi trepidant: ptimescunt: latebras querunt. Pro
inde si redéptoris nři uexilla te duce moueri: & Ale
xandri Sexti signa p̄senserint tantus eos tuī nois ter
ror inuader: ut facile tibi eueritur credamus qđ Ale
jandro Magno contigit: cu ab ultimis etiā mundi
littoribus legationes undiq; nuntiabant: qbus cun
cta gentes ueluti destinato sibi Regi obsequerent.
Dum igit trepidant tolle moras: nocuit semp differ
re paratis. Habes quoq; domi & in his excelsis tectis
ueluti captiuū Zimīnum Soltanū magni Turcorū
regis fratre: maximū certe futuræ tuæ uictoriæ mo

mentū. Is nō paruo adiumento tibi exercitibusq; tuis
 multis rōnibus est futurus. Nō deerūt ut opinor in
 tam p̄claro diuinoq; ope xpianī prīncipes: potētatus
 Resp. Omnes oībus uīribus. oībus copiis te sequen̄
 Nihil certe ad eam rem defutuꝝ tibi uideo: modo ue
 lis: uelle aut̄ debes: nec te mihi crede huiꝝ cōsiliū unq;
 p̄oenitebit. Parata est tibi imortalis gloria Alexāder:
 mō tu xpī gloriā a quo tua oīs emanat diligenter ut
 sperant oēs inqras. Non. n. ad cibum: ad potū: ad tī
 tillantē prurientēq; corporis uoluptatē natī sumus:
 uerꝝ (ut soles dicere) ad dec̄: ad dignitatē: ad labores
 ad iustitiā ad erumnas etiā pro iustitiā pferēdas: At
 quę maior iustitiā dīci excogitariq; potest: q̄ iniurias
 xpo redēptori n̄o illatas ulciscī. Gregē suum a bar
 baris oppressum xpianum populū terra sancta spo
 liatū ludibriis & contumeliis affectū defendere. Co
 gita Pater sanctæ: quot urbes: quot prouincias: quot
 regna: quot īmpia & supiorib; & n̄is sacerulis bar
 bari xpianis eripuere. Nam ut Hierosolymā terram
 sc̄tām xpī domicilium: & ea oīa loca in qbus salutis
 n̄ræ mysteria sunt tractata silentio p̄tercamus: ut Sy
 riā: Phœnicē: Aegyptum: Achaiā: n̄orꝝ oīm Sabau
 dīe p̄ncipū p̄uiciā: ut Grēciā: ut Asia minorē: ac
 innumeras fere p̄uincias omittam⁹: horret aīus me
 minisse quas clades n̄is etiā t̄pib⁹ Mahumetana ra
 bies populis xpianis inflixerit. Recēs est adhuc Cō
 stātinopolitana calamitas. recentior Euboīæ clades
 quæ sine lachrymis a xpianis audiri uīcēseri nō p̄nt

Soleo aliquid mecum repetere quas clades Hannibal
postquam Taurinum urbem expugnauit: apud Ticinum
amne. apud trebiā. apud lacum trasumenum. apud
cannas: quem oīum maxima fuit Romanis inflixerit.
At nullam ex his inuenio quae cum his populi xpian
ni (quas dixi) cladibus sit merito cōfcrenda. O bone
p̄eq; deus. quot probra. quot ludibria: dictu nefan
da: auditu miserrima populus tuus xpianus illic pas
sus est. Proh dolor quot ornatissima tempa diruta.
quot aræ sacræ pollutæ. quot sanctorū reliquiæ ima
ginesque foedatæ. quot uirgines corruptæ. quot ma
tronaꝝ decus uiolatum. quot religiosi sanctique uiri
occisi. quot impuberes iugulati. quot uiri isignes ob
truncati. quot palo transfixi. quot igne concremati.
quot trucidati. quot secti. quot in uincula conieci;
quot exules extorresq; facti: Non sexui. non ætati.
non dignitatí pepercit truculentissima immanisque
barbaria. Adde si que tantis cladibus illic miseri chri
stiani supersunt: illos nō solum ut calones uel lixas
abiectissimos habent: uer illis pro iumentis utuntur.
Illis nanque uehunt. arat. fodunt. Illis uilissima oīa
exercent erubescendaq; ministeria. Sed nōne his oīa
bus contumeliis ac probris xps Rex noster afficitur
Nonne sacro suo affatu prædixit: Amen amen dico
uobis: quod unū ex istis minimis fecistis mihi feci
stis. Nonne tibi ipsi Alexandro cui Christum refers
in terris hæ contumeliae. hæc probra inferunt? Certe
dissimulare nō licet; libere loquaꝝ; credūt oīs te Ale

xandrum sextum Pont. Max. Christi uices geretem
interris: nō diutius passus nomen Christianum tā
foedo. tam horribili. tam detestabilí dedecore conta-
minari. Age itaque Alexander: exurge: teipsum exci-
ta. te hortare. te uerum Alexandrum in orientales il-
los infideles ostende. Nam Christo duce non mino-
ra certe gesturus es: q̄ Alexander ille Magnus: qui
cum nullo unquam hoste ut legitur est congressus
quem non uicerit: nullam urbem obsedit quam non
expugnauerit: nullam gentem adiit quam non calca-
uerit. Sed de his satis: fortasseque nimis multa: non
quod magnitudinem animi tuī inuictæq; uirtutis dif-
fidendum uel sponte currenti calcar addendum uide-
atur: sed ut intelligat tua Beatitudo quantum de te si-
bi polliceantur sentiat & loquant: etiam remotæ na-
tiones. Superest nunc tandem ut quod præcipuum
hac legatione nobis ab diuis Princibus nostris est
demandatum p̄soluamus. Inclytus Princeps noster
Charolus: Religiosissima diuaq; mater Blaca: prisca
fidei & hereditariae in apostolicam sedem & tuam Beati-
tudinē obseruantiae memores te Alexandru ei⁹ noīs
vi. Summū Romanūq; Pont. omni gratulatōnis &
uenerationis officio profitent te Iesu xp̄i saluatoris
nři ueq; Vicariū in terris agnosunt. in cuius nomine
& signis omne genu flectitur: coelestium. terrestriū.
& inferorum. Te Petri apostolorum Princips suc-
cessorem unum & legitimū uenerantur. Te Maxi-
mum Christianorū omnium præcipuum Principem

patrum patrē & h̄ierarchā uocant. Te cœlestis aulæ
ianitorē & uelutī terrestrem quendā deum p̄dicāt &
admirant̄. Tibi unī excelsam summi aplatus sedē &
claves illas regnī cœlor̄ oīpotētes traditas esse affir-
mant. Tibi summo sacerdoti & uniuersæ xp̄ianæ reli-
gionis antistiti flexis in terrā gemib⁹ sese capita im-
primis submissis humeris reuerenter inclinat & oī fi-
de atq; integritate colla subiiciūt. Tibi purā: sincerā:
humilem: deuotā: illibatā: uiolabilem: & (quā reges
principes & reliq xp̄iana fide insigniti; debet) obedi-
entia pollicent̄. deferunt. exhibet. præstant. Tibi de-
mū Alex. vi. Pont. Max. sacræq; sedi: seipso. urbes.
oppida. regiones. exercitus. opes. copias. facultates.
clientelas. fortunas & quicqd amplius terra mariq;
illis est uirium dedunt. fouet. dedicant. Vtere pro ar-
bitrio cum lubet: tua decernunt esse oia. Interea tu
quoq; clemetissime Pont. Charolum Principe n̄m
infantulum: annos quattuor nōdum natū: multa p-
bitatis & religionis signa p̄ferente: religiosissimā
matrē Blancā uiduā: pupillum inq & uiduam & cū
excelsa illa domo uniuersum Sabaudianū impium
protegendū & confouendū suscipe: susceptū ample-
ctere: amplexū conserua: conseruatū exorna: exorna-
tum iustis fauoribus bñficiisq; prosequere. Sub tuo
enī iustissimo augustissimoq; Imperio ac Pontifi-
catu: p̄spera sibi cuncta: lætaq; & iucunda futura cō-
fidunt.

Dixi: .

Vivat Alexander.

INC
1580